Lucas <de Padua>: Sermones super epistolas et evangelia
[Köln: Johann Koelhoff], 8. Febr. 1483 Seite 434



K
ſupra pinnaculum templi . et poſtea
dixit ei.ij.corinth.xij.¶ Ipſe angelus
ſathane tranſfert ſe in angelū lucis
Violentie opponitur ſapientia.cuius
eſt guſtare eterna. Hec mentem paci
ficat ⁊ ſeruat: ut illata mala non ſenti
at.Pſalmiſta ¶ Pax multa diligenti/
bus legem tuam. Hanc ſancti marti/
res aſſecuti tormēta ſeuiſſima in illis
victorioſis corporibus ɔtemnebant.
Hec andream fecit amplecti crucem
Laurentium non ſentire ignem.vin
centium ridere carnificem Unde de
quolibet iſtorum dici poteſt illud ſa
pientie.x. ¶ Certamen forte dedit il/
li:ut vinceret ⁊ ſciretquoniam omniū
potentior eſt ſapientia. Baruch.iij.
Quia non habuerunt ſapientiam pe
rierunt ꝓpter ſuam inſipientiã.Pau
ci piſciculi ſunt exempla ſanctorū:qui
piſciculi dicuntur ꝓpter humilitatē.
pauci ꝓpter raritatem. Unde quidã
Actus ſanctoꝝ ſunt carnes piſciculo/
rum.Hijs confortaris dum veſceris
ac imitaris Piſces iſti habent pennu
las contemplationis ij.corinth.v.Si
ue mente excedimus deo , ſiue ſobrij
ſimus vobis. Squamas aſpere caſti/
gationis.prima corinth.ix ¶ Caſtigo
corpus meum ⁊ in ſeruitutē redigo.
Regunt ſe cauda. id eſt conſideratōe
finis.Eccleſiaſtici.vij.¶ In omnib9
operibus tuis memorare nouiſſima
tua.Trenoꝝ.i. ¶ Sordes eius in pe
dibus ei9:nec recordata eſt finis ſui.
Nutriuntur in aquis amaris ⁊ ꝓcel/
loſis.id eſt in tribulationibus.Deu/
terono.xxxiij.¶ Inūdationes maris
quaſi lac ſugent .⁊ theſauros abſcōdi
tos arenarum

¶ Dominica octaua .
Epiſtola. Roma.viij.

F Ratres.debitores ſu
mus non carni:ut ſm carnē
viuamus. Si enim ſm car
nem vixeritis moriemini.Si autem
ſpiritu facta carnis mortificaueritis
viuetis Quicunq₃ eñ ſpiritu dei agū
tur hij ſunt filij dei. Non eñ accepi
ſtis ſpiritum ſeruitutis iteꝝ in timo/
re. ſed accepiſtis ſpiritum adoptōnis
filioꝝ in quo clamamus.Abba pat̃.
Ipſe enim ſpiritus teſtimonium red
det ſpiritui noſtro ꝙ ſumus filij dei.
Si autē filij ⁊ heredes heredes qui
dem dei.coheredes autem xpi

¶ Euangelium Math.vij.

I N illo tempore. Di
xit iheſus diſcipulis ſuis.At
tendite a falſis ꝓphetis qui
veniunt ad vos in veſtimentis ouiū
intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.
A fructibus eoꝝ cognoſcetis eos Nū
quid colligunt de ſpinis vuas.aut de
tribulis ficus. Sic omnis arbor bo
na bonos fructus facit.Mala autem
arbor fructus malos facit. Non pōt
arbor bona fructus malos facere.ne
q₃ arbor mala fructus bonos facere
Omnis arbor que nō facit fructum
bonum excidetur ⁊ in ignē mittetur.
igit̃ ex fructib9 eoꝝ cognoſcetis eos
Nō omnis qui dicit mihi dñe domi
ne intrabit in regnum celoꝝ: ſed qui
facit voluntatem patris mei qui in ce
lis eſt . ipſe intrabit in regnum celo/
rum.



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-182/0433
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG